

Razimiri Ducis Cuiavia privilegi-  
um super emptione Domini Epi-  
scopi Vladislaviensis pro Ecclesia Vil-  
he Chelmeze Confirmationis 1233.

In nomine Patris et Filii et Spiritus  
Sancti Amen. Ego Casimirus Dux Cui-  
via Omnibus Christi fidelibus presen-  
tem paginam inspecturis salutem, Probo-  
rum et Sapientum virorum adinve-  
nit discretio, ut ea que sunt hu-  
ius labentis temporis spatio, ne simul  
trahantur cum tempore scripturae com-  
mendantur, ut dum processu tempo-  
ris a memoria recesserint inspectione  
littere ad eandem revocentur. Ea pro-  
pter Dignum duximus, haec que coram  
nobis acta sunt presenti pagine in-  
serere, videlicet cum Castellum de Ma-  
zovia nomine Unexiv edificaretur, vir  
Illustris nomine Otto Villam nomine  
Hebmez pro centum Marcis filius Sa-  
sini vendidit, et venditionis sue pa-  
ctum ordine debito in nostra presen-  
tia, et nostrorum Barorum, et Patris no-  
stri Ducis Conradi. ejusque militum  
roboravit, his ita peractis, Comes Pacu-  
slaus, et Comes Miscivius volentes  
consulere damno sua cognate, et Udo-  
nis Ottonis contradixerunt, pacto vendi-  
tionis

821

tionis quod videns Otto pro villa de  
qua lis erat contulit propriam villam  
nomine Lamagostiam cum suis omni-  
bus pertinentiis, et sic cessavit conten-  
tio de villa prefata, deinde post annum  
et dimidium et amplius filii Sasinii  
venderunt eandem villam, quam quie-  
te possederant M. Episcopo Casavia  
pro centum et decem maris exceptis re-  
bus aliis et eorum modo quo talis  
venditio roborari consuevit, sicut jam di-  
ctum est coram nobis, et coram Patre  
nostro Duce Conrado, nostrisque Baroni-  
bus nullo contradicente prout debuit con-  
firmavit, cuius venditioni omnium no-  
strorum consensus non defuit. Igitur  
iam dictus Episcopus dominus villa usus,  
merito debuit dici possessor villa et do-  
minus, et etiam debeat gaudere, de  
ejusdem villa quiete possessione, verum  
quia justus, sepius pro justitia pac-  
catis exigentibus prosecutionem patitur  
per dominam Matrem nostram uxorem  
Ducis Conradi violenter est ejectus de  
villa memorata non semel sed ali-  
quoties, et multas alias sustinuit in-  
jurias. Volentes itaque huic lesioni  
finem imponere ab ipsa prout potui-  
mus dominium villa nostris iuris  
adducimus, et pro remedio nostre sa-  
lutis

167.  
latis memoratam villam jam Dico Epi-  
scopo et Ecclesie Beate Virginis, et  
Beati Petri sine spe revocationis con-  
tulimus, et presentem paginam cui  
talis donatio intitulata est, sigilli no-  
stri appensione communimus. Si quis  
autem hoc nobile factum violaverit,  
temptaverit, anathema sit, et vindi-  
ctam Dei Omnipotentis se incursum  
rum noverit amen. Actum Crusui-  
cie Anno M. cc. xxx. III. Testes au-  
tem hi sunt Comes Johannes, Al-  
bertus Miroslaw Cestaw, Albertus De-  
canus Crusuiensis, Paulus Scholasticus,  
Custos Albertus, Johannes Scholasticus  
Wladislaviensis Stephanus Canonius.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*